



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

De Confessis. Titvlvs XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

[1 Ad hac pari monasterio inter alia respondebat, quod causa que inter Archiepiscopum & monasterium vertebatur, fuerat Episcopo memorato absolute & indistincte commissa, & si contentiosam causa de iudicio debere dicebat, in hanc nimirum & aliam rationem iudex plenius advertisset, & ad eam, & ut hic.]
 [2 Cumq; processu temporis utriusq; partis nunciis propter hoc ad fidei Apst. accessissent bo. me.]
 [3 Nos auctera supradicto Alberi. mandavimus, ut illi lateri quau ad Bon. & Ferraten. Episcopos super restituenda sibi possessione cum fructibus per mandatum impetravit, omnino caveret.]

CAP. II.

Si possessor in possessionem causa custodia fructus dissipat, dissipati revocantur & cum aliis sequestrantur.

Honorius III. Priori Deben. & Decano de Catena.

Dilectus filius a. R. rector ecclesie de Bethusia, sua nobis petitione monstravit, quod cum inter ipsum ex parte una, & Abbatem, & conventum de Cisteria. b. ex altera, super eadem ecclesia, coram Abbate de Sibiton. & eius collegis questio verteretur, iudices ipsi predictos Abbatem & conventum in possessionem ipsius ecclesie causa custodia inducerant, qui fructus medio tempore perceptos pro sua distrahant libito voluntatis. c. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestari predictos, si quid de ipsis per eos distractum inveniatis in statum pristinum revocetis.

CAP. III.

Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licet reus petita fructus sequestrantur, si dissipaverit ab eo.

Gregorius IX.

Adeo, qui a sententia provocavit, fructus possessionis (si dissipentur ab ipso) possunt lite pendente rationabiliter sequestrari.

DE CONFESSIS.

TITVLVS XVIIII.

CAP. I.

Ad filium d. illam consentiens crimini proprium, non est alteri imputanda pena aliqua: infamato tamen est inducenda purgatio.

Clemens III.

Cum monasterium: & infra. Eos, quorum suggestione scelus homicidii Presbyter d. perpetrasset proponit, nisi aliis modis verum esse constiterit, nulli centenus pene & subilendos: cum secundum utriusque juris statuta, de se confessi super aliorum consentientis interrogari non debent, & (crimine laice majestatis excepto) de reatu proprio consentientis pericula confessio non est adversus quemlibet admittenda. Si tamen eos infamia hujusmodi laborare cognoveris, singulis eis (ad junctis tribus sociis sui ordinis) purgationem injungas.

CAP. II.

Si de crimine contingente causam principalem constiterit contra aliquem per eius confessionem, puniatur pena ordinaria, etiam si dicitur contra eum non agatur, hoc dicitur secundum glossam. Et est casus in tali & verus in se. Vel summa sic: secundum aliam resolutionem non minus notabilem, quous etiam sentit gloss. Licet non profecto expluat. Si quis confitetur crimini in iudicio incidenter,

a De materia hujus cap. Felin. post. Ioann. Andr. in cap. examinata. s. de iudic. Socinus in Reg. 458. verbo sequestr. b Glossa infra. c Ista verba important liberum arbitrium. 1.7. de re mil. & ibid. Bart. d In aliquot antiquis ita: se Presbyter, & cetera. e Vid. l. fin. cum gl. & ibi Bart. in l. maritus. ff. de questum. f al. quia.

potest iudex ordinarius novum inchoando processum, illum punire pena ordinaria: h. d. singulariter Abbas.

Innocentius III. Canonici de Bethlehem.

Cum super electione a Bethlehem ecclesia inter R. & P. quatio verteretur b: & infra. Quoniam V. canonicus Bethlehem fuit in iure confessus, quod pro praestando alterius electioni consensu, quingentorum Sarra cenotum obligationem receperat, & mediator extitit simoniaca pravitatis: Nos (quoniam vicium hujusmodi persequi volumus, ut debemus) ipsum per definitivam sententiam duximus ab omni beneficio & officio ecclesiastico deponendum.

CAP. III.

Confessio facta in iure per Oeconomum ecclesie, nocet ipsi ecclesie: potest tamen revocari, si ante finitum negotium doceatur per errorem facti emanasse. h. d.

Gregorius IX. B. c. iudex Veteriensis.

Ex parte Abbatis & conventus monasterii sancti M. fuit propositum, quod cum inter ipsos ex parte una, & V. nomine sua uxoris ex altera coram te questio verteretur, Oeconomus monasterii memorati, quadam per errorem facti fuit in iure confessus, ex quibus timeret sibi praesudicium generari. Cum igitur negotio nondum finito, nemini noceat error facti, mandamus, quatenus si de hujusmodi potuerit errore docere, provideas, ut nullum sibi super hoc praesudicium generetur.

DE PROBATIONIBVS.

TITVLVS XIX.

CAP. I.

Reus actori sua propria instrumenta edere non tenetur: ita communitate sumuntur.

Gregorius Tancredo Regi Vinestriae.

Ex Epistolae verbis: & infra. f. Tua excellentia postulavit, ut Imperatori scriberem quatenus g. pacta in chartophylacio requireret, quae dudum inter Iustinianum Principem & praedecessores tuos fuerunt emissa, ut ex his colligeret, quid tibi servare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obstinuit, quia nulli dicendum est, ea quae contra te sunt, apud te ipsum debent documenta requirere, in mediumq; proferre.

CAP. II.

Actor, qui plene probavit, non debet compelli jurare.

Alexander III.

Sicut si consuetudo laudabilis: [1 & infra.] Sane quoniam apud vos consuetum esse didicimus, ut qui aliquis intentionem suam fundaverit instrumentis aut testibus, ei sacramentum nihilominus deferatur: quod si subire noluerit, fides probationibus non habetur. Nos (cum tuve demum ad hujusmodi sit suffragium recurrendum, cum aliz legitime probationes deesse noscuntur) talem consuetudinem reprobamus.

[1 Nulla debet novitate convelli, sic quod noscitur moribus introductum, ob via ratione non debet dissolvi.]

CAP. III.

In communi iudicio probant actor & reus: & si pariter probant, reus absolvitur, nisi favorabilem causam foroveat actor.

a Cap. un. eod. tit. in 3. compil. b qua hic desunt, reperies sup. c. cum supra. de causa poss. & propr. c. Bich. d. In Codic. Barb. ex quibus timent monachi, sibi, & c. in omnibus manuscr. legitur timent. e Alias, Tancredo, videtur esse Gregorius VII. al. Tancredo Regi Visigoren. sed legendum est Recaredo V. Visigothorum, ex libro septimo Epistol. 122. sive 126. Reg. B. Greg. f. Cap. 1. eod. tit. in 1. compil. g. quod. h. Cap. 1. eod. tit. in 2. compilatione, & aliz probationis.